



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vitis Aqvilonia seu Vitæ Sanctorvm Qvi Scandinaviam
Magnam Arctoi Orbis Peninsvlam Ac præsertim Regna
Gothorum Sueonumq[ue] olim rebus gestis illustrarunt**

Vastovius, Johannes

Coloniæ Agrippinæ, Anno M.DC.XXIII.

Guda Regina Vid.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38534

40
GVDA SEV GOEDA
FLORVIT ANNO
CHRISTI 1055.

VICTORE II. Pontifice.

HENRICO I. Imp.

EMVndo II. Rege.

Guda Regi Daniae affini matrimonio copulatur.

Summi Pontificis monitis errore cognito toto Regis abstinentia.

Caelibem vitam votis castitatem professa egit.

Gudhemum monasterium amplissimum de sua hereditate extruxit.

In eorum plurimas virgines ac feminas collegit & ad omnem sanctitatem suo exemplo informauit.

Adaluardum & socios Regno Bremensi Xenia transmisit.

Gudhemum fluctuantibus Christianis portum statuit tutissimum, ipsaque misericordia Orphanorum & Viduarum quasi mater quædam communis effeta, omnium necessitatibus egregie subuenit.

Orphanorum & viduarum communis mater.



VDA Regijs in Suecia orta natalibus, Ingonis III. Regis foror, eximiis naturæ ac fortunæ dotibus, fide ac in Deum pietate plurimum enituit. Postquam nubiles attigit annos Suenoni II. Regi Daniæ in matrimonio traditur, sed quia confanguinitate inter illos deprehensa, illegitimum probabatur matrimonium, summi Pontificis monitis, accensuræ Adalberti Archiepiscopi Bremen. tandem celsit Rex, & libellum repudii dedit consobrinæ.

Guda igitur ab illius thoro amota, reliquum tempus expers coniugij cum summa morum integritate traduxit, castitatemque votis professâ caelibem vitam egit, abstinentia præterea nec non voluntaria corporis diuexatione illicitæ copulæ noxam, ut apud Deum siue ignorantia siue iuuenilis licentia veniam mereretur seuerius castigauit.

Ceterum quia nouerat quanti non solum meriti, verum etiam laboris apud Deum foret in carne præter carnem viuere, sumptuosum de sua hereditate quam habuit amplissimam in Westrogothia extruxit Monasterium, suo de nomine appellatum Gudhemum. Quo in loco plurimas virgines ac feminas ad complectendam conseruandamque cum animi puritate carnis integritatem inuitatas ipsa sanctissimis vita cœlestis exemplis & monitis ad omnem sanctitatem informauit, vnaque secum ad portum salutis æternæ feliciter perduxit. Quin etiam circa eadem tempora furore gentilium è Suecia Confessores Christi expulsos Adaluardum Seniorem sociosque eius benignissime collectos summa prosequebatur veneratione, quasi à Deo missos eorumque spirituali refecta colloquio, temporalibus vicissim refecit donis, ac per Daniam in columnes Bremam direxit, Archiepiscopo quoque Adalberto singulari munificentia, insignia per eos xenia transmisit. Exinde Gudhemum Christianis fluctuantibus portum statuit tutissimum, ipsaque misericordia Orphanorum & Viduarum quasi mater quædam communis effeta, omnium necessitatibus egregie subuenit. Sed nec inerti otio tempus effluere passa est. Domi quotidiana consuetudine exquisita sacrariorum

orna-

ornamenta opere Phrigio fingebat, ac que subtili pingebat inque ean-
dem operam continuo reliquarum virginum labores insumi volebat,
inter quae Chlamidem sacerdotalem (pluiale vocant) subtilibus sigillis
illustrem auro margaritisque preciosis distinctam ac mirificis operis, ar-
terara elaboratam Roschildensi sacrario doni nomine largita est. Alia
quoque complura Diuini cultus insignia, quae velandis altaribus, quae
inducendis sacerdotibus, quae vestiendis parietibus, qua conficiendis sa-
crofancis Mysteriis idonea operata est. Non tulit aequo animo hanc
Sanctae Gudiliae siue laudis famam, siue virtutis pietatisque gloriam,
Suenonis pellex impia Thore, verum offensia, maximè furere cœpit ac
vitæ Gudilæ insidiari, quam ad extremum veneno per sumnum Icelus
sustulit. Tumulata fuit Gudhemii in Monasterio à se fundato suoque de
nomine nuncupato.

*Templa & al-
taria pretiosa
supellecile ex-
ornauit.*

*Veneno ab im-
pia Suenonis Re-
gis pellice sub-
lata.
Gudhemii se-
pelitur.*

*De ea annales Suetici & Danici Adam. Brem. lib. 3. c. 12. & 16. Abbas Stad. pag. 124. Saxo
Gram. lib. 11. Crantz. Metrop. lib. 4. c. 33. Ioann. Magnus lib. 18. c. 10. Thomas Bozzius de signis
Ecclesie Dei lib. 21 c. 8.*

D 3

AD AL-